

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

1614.

Steyr.

D. F. *Matthaeus*, alias parochus *Weyrensis*, in festo Circumcisionis Domini propter multas et maximas occupationes D. Prioris, cui administratio totius monasterii a morte Rmi. commissa erat, *Styrae* concionatus est.

30. Ian. D. F. *Benedictus*, cooperator *Styrensis*, cum D. *Adlero*, cui semper individuus comes fuit, ad Nuntium Apostolicum pro absoluteione irregularitatis profectus est ab eaque absolutus.

Witterung.

Circa hos dies magnum et penetrabile frigus fuit.

Garsten.
Begräbnis
des Abtes
Heller.

Die 15. Jan. in festo s. Mauri Abb. et Conf. in monasterio *Garstensi* Rmus. piissimus, doctissimus et amplissimus D. D. *Ioannes Guilielmus Hellerus*, abbas *Garstensis*, artium et phil. Doctor etc., qui per XIII annos temporibus perturbatissimis huic celeberrimo monasterio, olim ab illustrissimo marchione Styriae Ottocaro fundato et ditato anno 1210¹⁾ XLI. in ordine abbas maxima cum laude praefuerat, sepultus est.

Sein
Wirken.

Multa egregia et memorabilia facta in sua fideli administratione praestitit multaque mala et contraria ex omni parte sibi intentata animo infracto sustinuit ac evicit. Vir excellenti doctrina clarissimus et rerum experientia singularis, hinc ad varia maximaque negotia commissionesque gravissimas tum a Rmo. D. ordinario tum a Caesaribus *Rudolpho II.* et *Matthia I.*, non minus a supremo statu ecclesiastico superioris Austriae, in quo saepius ordinarius fuit, sicuti etiam a politico statu saepissime deputatus fuit. Quae omnia laudabiliter expeditissimeque peregit et absolvit. De pietate eius erga Deum, amore in proximos, quorum praecipui sui confratres religiosi, zelo in religione catholica, puritate corporis et conscientiae, singulari misericordia et compassione in pauperes et afflictos nihil attinet dicere: cum haec omnia paucis verbis complecti nequeant, imo affirmare ausim, vix etiam eloquentissimum posse reperiri, qui omnes eius laudes pro debito et sufficientia enumerare queat.

Trauer-
gäste.

Eius tristi, honestissimae tamen et celeberrimae sepulturae quam plurimi amplissimi DD. praelati aliique viri plures nobilissimi et clarissimi interfuere tum propter singularem amorem, quo illum in vita amplexati fuerant, tum propter dignitatis et excellentiae officium, quo tanta cum laude functus fuerat. Hi porro DD. praelati praesentes fuere: Rmus. abbas *Cremphanensis*, s. theol. Dr. etc., Rmus. abbas *Gottwicensis*, *Georgius Falb*, s. theol. Dr., Rmus. abbas

¹⁾ Fehler statt 1107.